Multum Reverende Pater Superior! (Sorin)

Cum res nunc uti spero circa scholarum nostrarum magistros pacifico modo tum cum Archiepiscopo nostro, tum cum Congregatione composita est, et Archiepiscopus contentus est, uti pro omnibus puerorum classibus fratres tui ordinis instituantur, te precor ut duos bene instructos ac probos fratres germanos qui docendi qualitates habent, ac saltem initia anglicae linguae noverunt pro venturo Septembri mittas, ut sic omnes quatuor classes puerorum boni magistri provideantur. Salarium ut jam constitutum fuit cum Patre Fors. est 1000 thaleri pro duobus, sine aliis obligationibus ex parte nostra. Spero, ut tales mittas quibuscumque aeque ac cum praesentibus duobus contenti esse possimus. Caeterum rectorem pro ipsis ex quatuor constituas, ut disciplina regularis eo modo sarta tectaque maneat. Haec tibi breviter indico et reliquo me tuis precibus commendans sum

Paternitatis Vestrae

[illegible]

Cincinnati 16. Junii 1854. + William Unterthiner

[Rev William Unthertiner]